



## **De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodière

Complectens Sanctos Mensivm Novembris Et Decembris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10263**

De S. Lusore puero & Confessore.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

*Novigen<sup>o</sup> martyrij. Psal. 115.* **Novigen<sup>o</sup> cuit: adeptusque est novum, non mortis, sed carnis mortificatione, martyrium. Et cum sit in conspectu Domini preciosa mors martyris, dum beatissimus Amantius in seipso hostem & persequitur, & prosternit, fuit in conspectu Domini mors preciosa viuentis.**

Quædam de hoc beato Antistite Amantio Lector offendet infra 13. Nouembris in Vita S. Quintiani primò Rutensis, in dè Aruernorum Episcopi: qui sancto Amantio successit.

**DE SANCTO LVSORE PVERO ET CONFES-  
SORE, EX GREGORIO TVRONENSI: DE GLO-  
ria Confessorum, Cap. 92.**

*Nouëbris 4.*



**L**N Dolensi Biturigi termini vico beatus Lusor Leucadi, quondam senatoris filius requiescit, qui fertur in albis migrasse à seculo: in crypta verò positus super pavementum, sepulcrum habens ex marmore Pario mirabiliter exculptum. Factum est autem, vt quadam vice sanctus Germanus Parisiæcæ vrbis Episcopus, ad hunc tumultum vigilias celebraret, haud procul formulam habens, in qua genua, cum necessitas cogeret, deflecebat. Factum est autem in vna vigiliarum nocte, dum Psalmos lectionis Dauidicæ decantaret, stationis labore lassus clerici, quasi pro aliquo releuamine se super sepulcrum sancti defixis vlnarum com-

*Vtinã hæc attenderet, qui sancto-  
rum sepulcra & sacras reliquias irreuerenter tractant.* pagibus sustentarent. Contremuit ilicò beati tumulus confessoris, & sibi iniuriam irrogari præsentis vibratione faretur.

At Germanus pontifex terrore perterritus, amoueri desuper præcepit somnolentos, dicens: Absistite o segnes procul à tumulto, nè sancto Dei molestia inferatur. Quibus amotis, tremorem illum deinceps non senserunt.

Sed nec illud placuit præteriri, quòd cuidam pauperi idem Lusor beatus per visum apparuit, præcepitq; cellulam emundari, in qua, vt fertur, infantia vagitus exegerat. Sed cum pauper ille bis commonitus agere iussa differret, apparuit ei tertio, dicens: Si feceris quæ præcipio, vnum trientem pro obedientia famulatu recipies. Ille verò confurgens, cellula scopis mundata, abluta & aqua herbisq; resperâ, stabat attonitus, pollicitam promissionem opperiens, donèc nutu Dei aduertit trientem in pavimento lucere: quem colligens, lætus abscessit.

DE SS. FELICE presbytero & Eusebio monacho, Lector videat  
1. Nouembris S. Casarij historiam.

**VITA S. EMERICI, B. STEPHANI HUNGARORVM  
REGIS FILII, EX QVODAM MS. CODICE  
per F. Laur. Surium, mutato stylo, descripta.**

Videat Lector Antonij Bonfinij rerum Hungaricarum Decad. 2.  
Lib. 2. vbi eadem ferè habentur.

*Nouëbris 4.  
S. Emerici  
parentes.*



*Nota sancti  
pueri pre-  
ces & vigi-  
lias.*

**B**EATVS Emericus parentes nobilissimos habuit, Stephanum Hungarorum Regem & Apostolum, & Gyselam siue Gyslam, sororem S. Henrici Imperatoris: qui paribus studiis in præstantissimo quoq; virtutum genere certabant. Emericus in tam ardenti charitate Christi natus, quid aliud, quàm suauiissimum Deo holocaustum, esse poterat? Ab in-cunte pueritia, quò sanctitatis euasurus esset, facile declarauit: quippè qui cum esset somni parcissimus, alijs dormientibus, à secunda ferè vigilia noctis ad lucem vsque, psalmos Dauidicos lectabat, lucernis coram ipso ardentibus, vt regiam decebat prolem, Ad finem autem cuiusq; psalmi,